

# LEX FRANCORUM CHAMAVORUM

## EX EDITIONE RUDOLPHI SOHM.

*Quid sibi velit brevis ea lex, quam docti nostra aetate legem Francorum Chamavorum appellare solent, tenore libelli ipsius satis demonstratur. Inscritur*  
 5 *lex his verbis: Notitia vel commemoratio de illa euua, quae se ad Amorem*  
*habet. Bis in contextu legis (c. 26. 28) de furto in Amore (Ammore) commisso*  
*agitur. Verbis ad Amorem, in Amore terram eam significari, quae in docu-*  
*mentis saeculi noni Hamarland, Hamalant, Hammelant, Hamuland appellatur,*  
*Frisionibus et Saxonibus ('Maasgau') vicinam (cfr. c. 27—29 legis nostrae), pro*  
 10 *certo haberi potest<sup>1</sup>. Nomen pago dederunt Chamavi, vetus atque inclita*  
*civitas Germanorum, quae iam Tacito nota (Annal. XIII, c. 55. Germania*  
*c. 33. 34) postea pars Francorum effecta est<sup>2</sup>. Saeculo nono pagus Hama-*  
*lant pago Ribuariorum adnumeratur<sup>3</sup>. Quae cum ita sint, lex nostra pro*  
*additamento quodam legis Ribuariae haberi potest, eamque formam monstrat,*  
 15 *in quam ius Ribuariorum in confinio illo inter Ribuarios, Frisiones, Saxones*  
*mutatum est.*

*Neque minus aperte causam iuris Francorum Chamavorum describendi*  
*libellus noster indicat. Legimus enim legis initio: In primo capitulo de causis*  
*ecclesiae et de illis servis Dei, qui ibidem deserviunt, sic habemus quomodo*  
 20 *et alii Franci habent. Quae verba intelligi non possunt, nisi supponimus, de*  
*certis capitulis missos quaesivisse et responsa a populo accepisse. Primum*  
*igitur e propositis capitulis haec habebat: De causis ecclesiae et de illis servis*  
*Dei qui ibidem deserviunt; secundum capitulum (de quo lex nostra c. 2. agit):*  
*De banno dominico. Aliud capitulum: De ingenuis hominibus, quomodo aut*  
 25 *qualiter ad placitum per bannum debeant venire (c. 43). Item aliud capitulum:*

1) Cfr. ex. gr. Annales Bertiniani a. 837 (ed. G. Waitz. Hann. 1883. p. 14): *Dedit (Hudowicus imperator) filio suo Karolo maximam Belgarum partem, id est a mari per fines Saxoniae usque ad fines*  
 30 *Ribuariorum totam Frisiam, et per fines Ribuariorum comitatus Moilla, Ettra, Hammolant, Mosagao; deinde vero quicquid inter Mosam et Sequanam usque ad Burgundiam una cum Viridunense consistit. Eod. a. 839 (p. 21): ducatum Fresiae*  
 35 *usque Mosam, comitatum Hamarlant, comitatum Batavorum, comitatum Testrabenticum, Dorestado. — J. Grimm, ap. J. Merkel, Lex Salica (1850), praefat. p. LIX, not. 1: 'Amor bezeichnet Amorland, nicht die Gegend von Emmerich, vielmehr den comi-*  
 40 *tatus Hamarlant, Hamaland, die alte terra Chamavorum'. — Accuratus de hac re tractavit E. Th. Gaupp, Lex Francorum Chamavorum (1855), p. 4 sqq. — H. Zoepfl, 'Die Euua Chamavorum' (1856), p. 1 sqq.*

— O. Stobbe, 'Geschichte der deutschen Rechtsquellen' I (1860), p. 200—202. — Nova argumenta attulit R. Schroeder, 'Untersuchungen zu den fränkischen Volksrechten', ap. Pick, 'Monatsschrift für die Geschichte Westdeutschlands, VI. Jahrgang', 1880, p. 492 sqq., qui nomine Hamalant tres pagos: Hamalant (sensu strictiore), Twente et Thrianta, comprehensos fuisse ostendit. Cfr. R. Schröder in 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Germanistische Abtheilung', II. (1881), p. 47. 48.  
 2) In tabula Peutingeriana legimus: *Chamavi qui et Franci*, quod corrigendum: *Chamavi qui et Franci*.  
 3) Cfr. Ann. Bertiniani a. 837, supra not. 1. — Anno 855. bona immobilia, quae in pago Hamulande sita sunt, secundum legem Ripuariam traduntur; cfr. Lacomblet, 'Urkundenbuch zur Geschichte des Niederrheins' I, Nr. 65. R. Schroeder, 'Untersuchungen', p. 495.



De raptu (c. 45). *Neminem fugit, haec capitula cum illis convenire, quae, capitula missorum appellata, aetate Karolingorum missis dominicis memoriae causa tradebantur*<sup>4</sup>. *Interrogatum igitur est de iure Francorum Chamavorum a missis, qui capitula interrogationum secum ferebant. Quos missos dominicos fuisse a rege Francorum directos, re ipsa satis apparet. Responsa autem non scripto, sed voce data sunt, postea litteris mandata, id quod inscriptione libelli nostri probatur, cum lex nostra notitia vel commemoratio appelletur. Notitia enim documentum est, quod actum iuris non praesentem continet (ut carta), sed praeteritum probat*<sup>5</sup>. *Habemus igitur ante oculos libello nostro acta inquisitionis, quam missi dominici in conventu populi de iure Francorum Chamavorum instituerunt.*

*Karolum Magnum cum constet post imperatoriam dignitatem adeptam legibus popularibus describendis operam dedisse*<sup>6</sup>, *libellum nostrum saeculo nono ineunte conscriptum esse, conicere possumus.*

*Atque Stephanus quidem Baluzius, vir clarissimus, legem nostram capitulare Karoli M. putavit esse, eamque inter capitularia regum Francorum (1772, tom. I, p. 349) edidit ita inscriptam: Capitulare tertium anni 813. sive capitula 46. de caussis necessariis ecclesiae Dei et populo christiano, data, ut videtur, Aquisgrani in generali populi conventu anno 813, mense Septembri. Contra G. H. Pertz b. m., lege nostra ius pagi Xantensis contineri existimavit*<sup>7</sup>. *Quas opiniones post Iac. Grimm*<sup>8</sup> *et alios refutavit imprimis vir doctissimus E. Th. Gaupp*<sup>9</sup>, *libello nostro legem Francorum Chamavorum exhiberi contendens. Quem cum reliquis huius aetatis viris doctis nos quoque secuti sumus.*

*Codicibus manuscriptis lex Chamavorum tradita est duobus:*

1) *Codex Paris. Lat. 9654 (antea Suppl. lat. 75, olim S. Vincentii Menthensis), saec. X, fol. 134. recto, cfr. supra praef. legis Ribuariae p. 199.*

2) *Codex Paris. Lat. 4628 A (olim Navarricus), saec. X, fol. 38. recto.*

*Tertius codex: Paris. Lat. 4631 (fol. 28. recto), cum apographum codicis 2 sit, nullius est momenti.*

*Baluzius editionem suam e duobus illis codicibus arbitrio suo composuit. Editio nostra codice 1 pro fundamento usa est, habita tamen ratione lectionum codicis 2. Codex 1 legem in quadraginta quinque capita divisit; codex 2 in quadraginta septem capita (capitulo 35 editionis nostrae omisso). Quadra-*

4) Cfr. A. Boretius, 'Die Capitularien im Langobardenreich. Halle 1864', p. 17. — Quae in lege nostra de capitulis illis, quae missi dominici secum attulerant, inveniri possunt, typis latius positus distinxi. 5) Cfr. H. Brunner, 'Carta und Notitia (Festgaben für Mommsen', 1877), p. 5 sqq. H. Brunner, 'Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Urkunde' I (1880), p. 211 sqq. 6) Cfr. Einhardi Vita Karoli M. c. 29: *Omnium nationum, quae sub eius dominatu erant, iura, quae scripta non erant, describere ac litteris mandari fecit. Annal. Lauresham. a. 802 (Pertz, Monum. Script. I, p. 39): imperator — congregavit duces, comites et reliquo christiano populo cum legislatoribus, et fecit omnes leges suas in regno suo legi et tradi unicuique homini legem suam et emendare, ubicumque necesse fuit, et emendatam legem scribere, et ut iudices per scriptum iudicassent et munera non accepissent, sed*

*omnes homines, pauperes et divites, in regno suo iustitiam habuissent.* 7) Pertz, Monum. Leg. I, p. 35. 'Götting. Gel. Anz. 1835, Stück 163. 164'. 'Archiv der Gesellschaft für deutsche Geschichtskunde' VI, p. 715; VII, p. 753. 'Abhandl. d. königl. Akademie der Wiss. zu Berlin', 1848, p. 411 sqq. Cfr. infra c. 11. legis nostrae cum nota 11. 8) Cfr. supra not. 1. 9) 'Lex Francorum Chamavorum oder das vermeintliche Xantener Gaurecht. Herausgegeben und erläutert von Dr. Ernst Theodor Gaupp. Breslau 1855'. Lingua Gallica libellum Gauppianum redidit Laboulaye in 'Revue historique de droit français et étranger' I (1855), p. 417 sqq. Annotationes criticas attulit H. Zoepfl, 'Die Eua Chamavorum, ein Beitrag zur Kritik und Erläuterung ihres Textes (aus den Heidelberger Jahrbüchern 1856, Nr. 22 sqq. besonders abgedruckt)', 1856. — Nuper de lege nostra tractavit R. Schroeder l. cit. (not. 1 i. f.).



*ginta octo capitulorum divisio (a Gauppio introducta) cum et in codice 2 inveniatur (si capitulum omissum addimus) et iam virorum doctorum in usu sit, in nostra quoque editione observandam eam esse existimavi. R. S.*

NOTITIA VEL COMMEMORATIO DE ILLA EUUA, QUAE SE AD AMOREM HABET<sup>a</sup>.

5 I.

In primo capitulo de causis ecclesiae et de illis servis Dei, qui ibidem deserviunt, sic habemus, quomodo et alii Franci habent.

II.

De banno dominico similiter habemus<sup>b</sup>, sicut<sup>c</sup> alii Franci habent<sup>1</sup>.

10 III.

Qui hominem Francum occiderit, solidos 600 componat. Ad opus dominicum [et<sup>b</sup>] pro<sup>d</sup> fredo solidos 200 componat<sup>2</sup>.

IV.

15 Qui hominem ingenuum occiderit, solidos 200 componat, et<sup>b</sup> exinde in dominico terciam partem componat<sup>3</sup>.

V.

Qui lidum occiderit, componat solidos 100, et<sup>b</sup> exinde in dominico terciam partem<sup>e</sup>.<sup>4</sup>

VI.

20 Qui servum occiderit, solidos 50 componat<sup>5</sup>. Exinde in dominico, sicut diximus, terciam partem<sup>e</sup>.

VII.

Si quis comes in suo comitatu<sup>6</sup> occisus fuerit, in tres weregildos<sup>f</sup>, sicut sua nativitas est, componere<sup>g</sup> faciat<sup>7</sup>.

a) ita 1, verbis ad Amorem codex 1 superscripsit glossam interlinearem: *gezunfti (i. e. pactum, conventio), qua verbum euua transferri, iam Gauppius, l. cit. p. 7, recte monuit; Notitia vel commemoratio de illis quae ammoneri debent 2, corruptum verbum ammoneri argumento est, archetypum, ex quo codex 2 fluxit, hic quoque habuisse: Ammorem, cfr. infra c. 26. 28. cum notis nostris.* b) deest 2. c) et addit 2. d) in 2. e) componat addit 2. f) wirgildos 2. g) componatur 2.

1) Cfr. Lex Ribuarica tit. 65. Bannus dominicus, i. e. regius, apud Chamavos idem erat atque apud ceteros, bannus comitis non idem, cfr. infra c. 31. 34—42. cum not. 32. 2) Cfr. *septem causas VII, c. 7* (Behrend, Lex Salica p. 131): *Si quis Francus Francum occiderit soledis 600.* — Childeberti II. decretio a. 596, c. 8 (Capp. ed. Boretius I, p. 17): *si Francus fuerit (scil. latro), ad nostra praesentia dirigatur, et si debilioris personas fuerit, in loco pendatur.* — Optimates, qui latifundia possident, aut in aula regis excellunt, interdum Franci sensu strictiore appellati fuisse videntur (cfr. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' II, 1, ed. 3, 1882, p. 273, not. 1). Quem modum dicendi nostra quoque lex secuta est. Tempore Merovingorum *antrustiones* sive *convivae regis* triplici weregeldo fruebantur. Cum stirpe Merovingica *antrustiones* quoque, quos vetus ius Francorum noverat, perierunt (cfr. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' III, ed. 2, 1883, p. 541). Loco *antrustionum* optimates illi successerunt, qui vinculo tam vassatici quam ministeriorum publicorum cum regia stirpe Karolingorum coniungebantur. — De *antrustionibus* dominicis capite nostro tractari, defendunt Pertz in 'Abhandlungen der königl. Akademie der Wissenschaften zu Berlin', 1848, p. 418. E. Th. Gaupp, Lex Francorum Chamavorum (1855), p. 52 sqq. H. Zöpfl, Euua Cham. p. 17. De vassis regis cogitat P. Roth, 'Feudalität' (1863), p. 223. Caute de loco nostro agit G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgeschichte' IV (1861) p. 275, not. 4. —

Falsa interpunctione ductus, Gaupp l. cit. solidum weregeldum hominis Franci ad partem regis solutum fuisse putat, cum tertia tantum pars *ad opus dominicum pro fredo* cedat, quod communi iuri Francorum congruum est, cfr. infra not. 3. — Distinguitur ab homine ingenuo homo Francus c. 3. 4. 17—21. 42. legis nostrae; c. 1. 13. nomine Francorum omnes ingenui comprehenduntur. Cfr. etiam infra not. 43. 3) Cfr. Lex Ribuarica tit. 7. — Fredum (quod propter laesam pacem publicam *regi vel civitati exsolvitur*, Tacit. Germania c. 12) apud Francos tertiam partem compositionis efficit, cfr. Wilda, 'Das Strafrecht der Germanen' (1842), p. 467. Sohm, 'Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung' (1871), p. 108, not. 17. p. 170. 171. J. J. Thonissen, 'L'organisation judiciaire, le droit pénal et la procédure pénale de la loi Salique' (1882), p. 204 sqq. Cfr. Lex Ribuarica tit. 89: *terciam partem* (compositionis) *coram testibus fisco tribuat*, cum nota nostra 9. Ita apud Chamavos quoque, si weregeldum solvitur, cfr. c. 2—6. De reliquis autem compositionibus apud Chamavos non tertia pars, sed quatuor solidi pro fredo regi tribuuntur, cfr. infra c. 17—29. 33, solo eo casu excepto, de quo c. 47. agitur. De fredo, quod c. 31. 34—41. occurrit, cfr. infra nota 32. 4) Cfr. Lex Ribuarica tit. 62, c. 1. cum nota nostra 48. 5) Lex Ribuarica tit. 8. servo pretium triginta sex solidorum tribuit. 6) i. e. dum ministerio comitis fungitur, cfr. c. 8. 7) Cfr. Lex Ribuarica tit. 53.



## VIII.

Si quis missum dominicum occiderit, quando in missatico directus fuerit<sup>8</sup>, in tres weregildos<sup>a</sup>, sicut sua nativitas est, componere faciat.

## IX.

Si quis wargengum<sup>9</sup> occiderit, solidos 600 in dominico componat.

5

## X.

Si quis hominem ingenuum ad servitium requirit<sup>b</sup>, cum 12 hominibus de suis proximis parentibus in<sup>\*</sup> sanctis iuret, et se ingenuum esse faciat<sup>\*</sup>, aut in servitium cadat.

\*) *Codex 2*: in sanctum ingenuum se esse faciat.

## XI.

Qui per hantradam<sup>c</sup> hominem ingenuum dimittere voluerit<sup>d</sup>, sua<sup>\*</sup> manu duodecima ipsum ingenuum dimittere faciat<sup>\*, 10</sup>.

10

\*) *Codex 2*: in loco, qui dicitur sanctum<sup>11</sup>, sua manu cum 12 ipsum ingenuum dimittere faciat.

## XII.

Qui per cartam aut per hantradam<sup>e</sup> ingenuus est, et<sup>e</sup> se ille foris de eo miserit<sup>e</sup>, tunc ille<sup>f</sup> leodis in dominicum<sup>g</sup> veniat, et suus peculiaris traditum iam dicto domino non fiat<sup>g, 12</sup>.

## XIII.

Qui per cartam est ingenuus, sic debet in<sup>h</sup> omnia pertinere sicut alii Franci<sup>13</sup>.

## XIV.

Qui de mundeburgio<sup>i</sup> aliquid<sup>h</sup> habuerit, ad illum seniore, qui eum ingenuum dimisit<sup>k</sup>, 20 sua peculia reverti<sup>l</sup> faciat<sup>14</sup>.

## XV.

De quali causa quod sacramentum permiserit<sup>m</sup>, et ad placitum non iuraverit, ipsam causam reddere faciat<sup>15</sup>.

a) wirgildos 2. b) requiret 2. c) handradum 2. d) noluerit, *sed coeva manus correxit* voluerit 2. e) si ille 25 de foras eum miserit 2. f) illa 2. g) in dominico, et suis peculiaris traditum non fuerit 2. h) *deest* 2. i) mundeburde 2. k) dimiserit 2. l) revertere 2. m) *sic* 1. 2; *promiserit correxit Baluzius*.

8) Cfr. c. 7. 9) i. e. advenam, qui in mundio regis est. Cfr. Edict. Rothari c. 367: *De waregang. Omnes waregang, qui de exteris fines in regni nostri finibus advenerint seque sub scuto potestatis nostrae subdederint, legibus nostris Langobardorum vivere debeant, nisi si aliam legem ad pietatem nostram meruerint. Si filius legetimus habuerint, heredes eorum existant sicut et filii Langobardorum; si filius legetimus non habuerint, non sit illis potestas absque iussionem regis res suas cuicumque thingare aut per quolibet titulo alienare.* — H. Zoepfl l. cit. p. 23. G. Waitz, 'Verfassungsgeschichte' IV, p. 275, not. 4 i. f. — De antrustione dominico cogitavit Pertz l. cit. (not. 2), de homine ingenuo in hoste Gaupp l. cit. p. 61. 10) De manumissione *per hantradam*, i. e. per sacramentum promissorium (de libertate concedenda ac servanda), quod dominus manu sua duodecima iurat, cfr. Gaupp l. cit. p. 65—67. Sohm, 'Fränkische Reichs- und Gerichtsverfassung' (1871), p. 573 sqq. Havet in 'Revue historique de droit français et étranger' 1877, p. 657 sqq. 11) i. e. in choro ecclesiae, cfr. H. Zoepfl, l. cit. p. 7. Etiam in capite 10. *codex 2* legit: *in sanctum*. De civitate, quae hodie *Xanten* appellatur, cogitavit Pertz, cfr. supra praefatio nostra p. 270, not. 7. 12) Cfr. c. 14. Manumissio aut plena aut minus plena est. Plena, si dominus *se foris de eo misit* (c. 12), id est, si libertus victum a domino accipere desinit et a mundio domini, i. e. a iure patronatus, liberatur. Minus plena, si libertus *de mundeburgio aliquid habet* (c. 14), exempli gratia, si fundum a domino iure colonatus accepit, aut si in casa domini victus ei praestatur. Manumissio plena potestatem domini penitus perimit, ideoque libertus tali modo manumisso rex heres existit (c. 12). Manumissio minus plena e contrario efficit, ut loco proprietatis dominus mundeburdem in persona liberti habeat. Quamobrem hereditas liberti minus plene manumissi ad dominum defertur (c. 14). Distinctio haec plenae atque minus plenae manumissionis ad utramque formam manumissionis tam per cartam quam per hantradam pertinere videtur (aliam opinionem defendi 'Fränk. Reichs- und Gerichtsverfassung' p. 575, not. 5). Quid igitur sibi velit c. 13, quod omnibus libertis per cartam manumissis plenam libertatem Francorum tribuit, haud facile dici potest, praesertim cum secundum commune ius Francorum plena libertas nisi a rege per denarium acquiri non possit. Varias opiniones attulerunt Gaupp l. cit. p. 64 sqq. Zoepfl l. cit. p. 35 sqq. Sohm l. cit. G. Waitz, 'Verfassungsgeschichte' II, 1 (ed. 3) p. 235, not. 1. — Accuratius de manumissionibus agit lex Ribuar. tit. 57. 58. 61. 62. — Cfr. etiam nota nostra 45. ad Leg. Ribuar. tit. 61. 13) Cfr. not. 12. 14) Cfr. not. 12. 15) Cfr. Lex Ribuar. tit. 67, c. 4: *Sin autem non adimpleverit* (sacramentum promissum), *omnem repetitionem cum legis beneficium restituat*. 55



## XVI.

Qui\* homini alio adframivit per wadium\*, et ipse homo eum dampnum<sup>a</sup> incurrere dimittit, ille<sup>b</sup>, qui suo wadio adhramivit, de suo omnia componat<sup>b</sup> super noctes 7. Ille, qui precat adhramire<sup>c</sup>, duplum componere faciat<sup>16</sup>.

5 \*) *Codex 2*: Qui propter alium hominem wadium adhrammivit.

## XVII.

Si quis hominem Francum sine culpa ligaverit<sup>d</sup>, solidos 12 componat, et<sup>a</sup> in fredo dominico solidos 4<sup>e.17</sup>.

## XVIII.

10 Qui per capillos Francum<sup>a.18</sup> priserit, solidos 12, et<sup>a</sup> in dominico solidos 4. Et qui ei<sup>a</sup> sanguinem sine culpa effuderit<sup>f</sup>, solidos 12 componat<sup>g</sup>, et<sup>a</sup> in fredo dominico solidos 4<sup>19</sup>.

## XIX.

Si quis hominis Franci<sup>20</sup> casam infregerit, solidos 12 componat, et in<sup>h</sup> dominico solidos 4.

15

## XX.

Si quis hominis Franci<sup>21</sup> curtem infregerit, solidos 6 componat, in dominico solidos 4. Suam manum aut suum pedem aut suum oculum pro<sup>i</sup> quarta parte de sua leode, et<sup>a</sup> in fredo dominico semper de<sup>k</sup> unaquaque re<sup>k</sup> solidos 4<sup>22</sup>.

## XXI.

20 De ingenuo homine in emendatione sua<sup>a</sup> solidos 8, nisi, sicut superius diximus, in fredo dominico<sup>a</sup> solidos 4<sup>23</sup>.

a) *deest* 2. b) illi qui suum wadium adhrammivit sed de suo componat 2. c) Ille qui precat adhrammire 2. d) *plagaverit* 2. e) III 2. f) *fuderit* 2. g) componere faciat 2. h) fredo *inserit* 2. i) *loco verborum* pro quarta *spatium vacuum codex 2 exhibet*. k) de unoquoque (re *omisso*) 2.

25 16) Tractatur capite nostro de fideiussione. Cfr. Capit. de partibus Saxoniae a. 775—790, c. 27 (Capp. ed. Boretius I, p. 70): *Si vero fideiussor diem statutum non observaverit, tunc ipse tantum damni incurrat, quantum manus sua fideiussoris exstitit; ille autem,*  
30 *qui debitor fideiussori exstitit, duplum restituat, pro eo, quod fideiussorem in damnum cadere permisit.* Contrahitur fideiussio, dum fideiussor e manu creditoris wadium accipit, idem videlicet wadium, quod debitor principalis antea creditori dedit. Cfr. Monum.  
35 Germ. Diplom. tom. I. Mer. Nr. 60 (a. 692): *eo quod itemque venerabili viro E. abbati (fideiussori) antehus annus waddio pro olio — et vino bono — pro A. episcopo (debitore principali) ipsi Ch. (creditor) ei commendassit, et taliter ipsi E. (fideiussor) spon-*  
40 *dedisset, ut hoc ei dare et adimplere debirit; neganti fideiussori iuramentum purgatorium defertur, quod ipso waddio de mano memorato Ch. abbati (creditoris) numquam adchramissit, nec hoc — spondedisset.* Sohm, 'Das Recht der Eheschliessung' (1875), p. 38—42. 44. 45. Val  
45 de Lièvre, 'Launegild und wadia' (1877), p. 184—186. H. Brunner in 'Zeitschrift für Handelsrecht' XXII, p. 511 sqq. — Verbum wadium, wadia (apud Franco-

cogallicos 'arramir, arrainir') idem ac firmare ('stättigen, fest machen, fest halten') significare videtur, unde tam promissio (fides facta) quam vindicatio (cfr. infra c. 48) verbo adhramire comprehenditur. Cfr. J. Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' (ed. 2, 1854), p. 844. Müllenhoff ap. Waitz, 'Das alte Recht der Salischen Franken' (1846), p. 276. 277. Sohm, 'Process der Lex Salica' (1867), p. 77 sqq. R. Loening, 'Der Vertragsbruch im deutschen Recht' (1876), p. 34, not. 3. Multa documenta attulit M. Thévenin l. cit. p. 13 sqq., qui verbum adhramire reddit per 'attirer à soi', ea secutus, quae Scherrer in 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' XIII (1878), p. 268. exposuit ('adhramire = hinzuriehen, ziehen, an sich ziehen, nehmen'). In capite nostro verbo adhramire promissio fideiussoris exprimitur, quae per wadium (scil. symbolicum) perficitur. Quem locum scriptores nostri supra laudati recte intelligere non poterant, Baluziana editione ducti, quae textum codicis 2 secuta est. In codice 2 aut vox per negligentia librarii excidit, aut (quod textu codicis 1 probatur) wadium loco ablativi est (= wadio). 17) Cfr. Lex Ribuarum tit. 41, c. 1. — De homine Franco cfr. supra not. 2, de fredo supra not. 3. 18) Cfr. supra not. 2. 19) Cfr. Lex Ribuarum tit. 2. 20) Cfr. not. 2. 21) Cfr. not. 2. 22) Cfr. infra c. 32. — Discrepat ius Francorum Chamavorum a communi iure Francorum, cum secundum legem Salicam tit. 29. et legem Ribuarum tit. 5. manus, pes, oculus dimidio weregeldi componantur. 23) Homo ingenuus discernitur ab homine Franco (cfr. not. 2), quamvis emendatio ingenui eadem sit ac hominis Franci, de qua c. 17—20. actum est. Octo solidi pro emendatione ingenuo, quatuor insuper pro fredo fisco solvuntur, in summa igitur solidi 12. Homo Francus a reliquis ingenuis solo weregeldo, quod pro ipso interfecto aut pro mem-



## XXII.

De lido in emendatione solidos 4, in fredo dominico solidos 4.

## XXIII.

De servo in emendatione solidos 2, in fredo dominico solidos 4.

## XXIV.

Quidquid involant<sup>a</sup>, 9 geldos<sup>b</sup> componere<sup>c</sup> faciat, et de unoquoque latrocinio in dominico<sup>d</sup> fredo solidos 4<sup>24</sup>.

## XXV.

Quicquid<sup>e</sup> in casa furaverit<sup>f</sup>, in wirdira<sup>g.25</sup> solidos 7. De warnione<sup>h</sup> in wirdira<sup>i</sup> solidos 7. De spadato caballo solidos 7. De servo solidos<sup>d</sup> 7. De spata 7. De iumenta<sup>k</sup> solidos 4. De bove solidos 2. De vacca solidos 2. De porcis et vervecis<sup>l</sup> et<sup>m</sup> animalibus iuvenibus et de capris terciam partem quantum valet in wirdira.

## XXVI.

Quicquid in<sup>d</sup> Amore<sup>n.26</sup> in alterum furatum habent, in duos geldos<sup>o</sup> componere<sup>p</sup> faciat<sup>26</sup>, in wirdira uncias duas, in fredo solidos 4<sup>28</sup>.

## XXVII.

Et quicquid in Mashau furaverit<sup>q</sup>, duos geldos<sup>o</sup> componere<sup>r</sup> faciat, in wirdira uncias duas, in fredo dominico solidos 4<sup>29</sup>.

## XXVIII.

Quicquid in<sup>d</sup> Amore<sup>s</sup> Fresiones iniuste tulerint, per<sup>t</sup> aliud tantum componere<sup>u</sup> faciat, in fredo solidos 4<sup>30</sup>.

## XXIX.

Quicquid<sup>v</sup> Saxones contra rectum<sup>w</sup> tulerint, cum alio tantum eum emendare faciat<sup>x</sup>, in fredo solidos 4<sup>30</sup>.

## XXX.

Si quis infra pagum latronem comprehenderit<sup>y</sup>, et ante illum comitem eum non adduxerit aut ante suum centenarium, solidos 60 componere faciat<sup>31</sup>.

## XXXI.

Si quis latronem viderit cum furtu<sup>z</sup> ambulantiem et cognitum non fecerit, in fredo dominico<sup>a</sup> solidos 4 solvere<sup>b</sup> faciat<sup>32</sup>.

a) sic 1. 2; involavit *correxerit* Baluzius. b) gildos 2. c) componant 1, *sed coeva manus correxit* componere; componi 2. d) *deest* 2. e) De quicquid 2. f) furata fuerit 2. g) wirdera 2. h) waratione 2. i) *codex 2 semper*: wirdera. k) iumento 2. l) vervecibus 2. m) de *inserit* 2. n) Ammore 2. o) gildos 2. p) componi 2. q) furatus fuerit 2. r) componi 2. s) Ammorem 2. t) apud 2. u) componi 2. v) ad *inserit* 2. w) dictum, *coeva manus correxit* dictum 2. x) faciant 2. y) prehenderit 2. z) furto 2. a) *deest* 2. b) componere 2. 35

bro absciso (cfr. c. 20) aut solidum aut pro parte solvitur, non reliquis compositionibus distinguitur. *Emendatio* simplicem compositionem iniuriae significat, cfr. c. 17—20. 24) De furto infra c. 26—29. poena dupli statuitur. Quod quomodo cum capite nostro conveniat, difficile inveniri potest. Capite nostro de rapina tractari putat Gaupp l. cit. p. 70. 25) *Wirdira* idem ac *dilatatura* aut *delatura*, id est poena, quae a reo negante, postea convicto, pro mora solvitur. In lege Salica ac Ribuarica saepissime de *dilatatura* agitur, quae compositioni atque capitali accedit. In translatione Germanica legis Salicae, saeculo nono conscripta, pro *dilatatura* dicitur *wirdria* (Lex Salica ed. Merkel p. 106. 107). Cfr. J. Grimm ap. Merkel, Lex Salica p. LXXXV. G. Waitz, 'Das alte Recht der Salischen Franken' (1846), p. 197—200. J. F. Behrend, Lex Salica (1874), p. 144 s. v. *dilatatura*. 26) i. e. in terra Chamavorum, cfr. praefatio nostra p. 269. 27) Poena dupli convenit cum iure Frisionum (cfr. Lex Fris. tit. 3, c. 1—4. Additio Sap. tit. 9), discrepat a iure communi Francorum, quod furi aut certam compositionem aut poenam mortis iniungit, cfr. Lex Ribuarica tit. 18. 29. 63, 2. cum notis nostris. 28) Agitur capite nostro de furto, quod Chamavus adversus Chamavum (*in alterum*) in terra Chamavorum commisit, cfr. c. 27—29. De *wirdira* cfr. not. 25. 29) Agitur hic de furto, quod Chamavus extra terram Chamavorum in *Mashau* commisit. Indicatur reus secundum legem suam ideoque praeter compositionem *wirdiram* (cfr. c. 27) solvit, quamvis Frisioni aut Saxoni furtum fecerit, qui *wirdiram* non solvunt, cfr. c. 28. 29. Terram *Mashau* pagum Francicum 'Maasgau' esse, putat Gaupp l. cit. p. 75. Contrariam opinionem defendit R. Schroeder, 'Untersuchungen zu den fränkischen Volksrechten' p. 500.501, qui locum nostrum de pago Frisico (Masland inferior) interpretatur. 30) Agitur c. 28. 29. de furto, quod Frisiones aut Saxones in terra Chamavorum commiserunt. Inducantur rei secundum legem suam, ideoque *wirdiram* non solvunt, quae poena propria iuris Franconici est. Poena dupli cum iure Frisionum convenit, cfr. not. 27. Apud Saxones, Chamavis propinquos, idem atque apud Frisiones ius valuisse videtur, cum secundum ius proprium Saxonum fur aut *novies* componat aut poena mortis plectatur, cfr. Lex Sax. c. 29—36. — Aliter locum nostrum interpretati sunt Gaupp l. cit. p. 75. Zoepfl l. cit. p. 56. 57. R. Schroeder l. cit. p. 500, qui contextum codicis 2 (c. 29: *ad Saxones*) secuti, de furto agi existimant, quod Chamavus adversus Frisionem aut Saxonem commiserit. 31) Cfr. Lex Ribuarica tit. 73. 32) Quatuor solidi, qui c. 31. 34—41. reo infliguntur, non proprie *fredum* sunt (pars enim compositionis, non tota compositio, *fredum* est), sed



## XXXII.

Si quis in sanctis reliquiis se<sup>a</sup> periuraverit, manum suam perdat, aut eam redimat quarta parte de sua leode in dominico<sup>33</sup>.

## XXXIII.

5 Quicquid contra rectum fecerit, cum solidis 4 in fredo dominico componere faciat<sup>34</sup>.

<sup>\*)</sup> In codice 2 hoc caput ita legitur: Quicquid contra drectum fecerit, cum solidis 4 emendare faciat, in fredo solidos 4.

## XXXIV.

10 Si quis cum armis bannitus fuerit, et non venerit ibi, solidos 4 in fredo dominico componere<sup>b</sup> faciat<sup>35</sup>.

XXXV<sup>c</sup>.

Si quis cum caballo bannitus fuerit, in fredo dominico solidos 4 componere faciat.

## XXXVI.

15 Si quis wactam<sup>d</sup> aut wardam<sup>d</sup> dimiserit, quando ille comes ei<sup>e</sup> cognitum fecerit, in fredo dominico<sup>f</sup> solidos 4 componere faciat.

## XXXVII.

Quisquis<sup>g</sup> audit arma clamare et ibi non venerit, in fredo dominico<sup>f</sup> solidos 4 componere faciat<sup>h.36</sup>.

## XXXVIII.

20 Si quis sclusam dimiserit, quando suus comes ei commendat facere, in fredo solidos 4 componere faciat<sup>b</sup>. Quando rumpit et eam emendare noluerit, solidos 4 in dominico componere faciat<sup>b</sup><sup>37</sup>.

## XXXIX.

25 Si quis ad pontem<sup>i</sup> publicum bannitus fuerit et ibi non venerit, solidos 4 in fredo componat<sup>37</sup>.

## XL.

Si quis comes ad placitum suum hominem bannit et ibi non venerit, in fredo solidos 4<sup>k.37</sup>.

## XLI.

30 Si quis viam publicam clausit, in fredo dominico<sup>f</sup> solidos 4<sup>37</sup>.

## XLII.

Si quis Francus homo habuerit filios<sup>l</sup>, hereditatem suam de sylva et de terra eis dimittat et de mancipiis et de peculio<sup>m</sup>. De materna<sup>n</sup> hereditate similiter in filiam<sup>o</sup> veniat<sup>f.38</sup>.

a) sibi 2. b) componat (faciat *omisso*) 2. c) *totum hoc caput omisit* 2. d) wacta aut warda 2. e) eum 2. f) *deest* 2. 35 g) Si quis 2. h) *ordinem capitulorum XXXVII. et XXXVIII. invertit Baluzius.* i) pontum 1. k) componat *addit* 2. l) duos *addit* 1, quod sensu caret et fortasse ex ultimis litteris antecedentis verbi filios *iteratis originem duxit; codex 2, ubi duos deest, genuinum textum huius capituli absque dubio exhibet.* m) peculiario 2. n) matris 2. o) filia 2.

bannus comitis, qui secundum ius commune Francorum quindecim solidorum (cfr. P. Roth, 'Geschichte des Beneficialwesens' p. 143, not. 133. Sohm, 'Fränk. Verf.' p. 175), apud Francos Chamavos quatuor solidorum est. De banno dominico Chamavi *habebant sicut alii Franci* (supra c. 2), aliter de banno comitis, id quod capitibus laudatis legis nostrae demonstratur. Distinctio, quae inter fredum ('Gewedde nach Volksrecht') et bannum ('Gewedde nach Amtsrecht') existebat, aetate Carolingorum oblitterata erat, ideoque documenta Carolingica (exempli gratia lex nostra) verbis *bannus* et *fredus* promiscue uti solent. 45 Cfr. Sohm l. cit. p. 111. 112. 33) Cfr. Capit. Haristallense a. 779, c. 10 (Capp. ed. Boretius I, p. 48): *De eo qui periurium fecerit, nullam redemptionem, nisi manum perdat.* Lex Saxonum c. 21. 22: *Qui in ecclesia — sciens periuraverit, capite puniatur, et qui nesciens periuraverit, manum suam redimat auctor sacramenti.* Ius Francorum tempore Merovingico leviolem poenam quindecim solidorum habebat (cfr. Lex Salica tit. 48, c. 1. Lex Ribuarua tit. 50, c. 2). Lex nostra cum iure aetatis Carolingicae con- 50 venit. De pretio, quo manus redimitur, cfr. supra c. 20. 34) De fredo apud Chamavos cfr. supra not. 3. 35) Capita 34—41. agunt de banno comitis,

qui apud Chamavos quatuor solidorum est (cfr. not. 32). Habemus igitur capitibus nostris quasi enumerationem eorum, quae comitibus saeculo nono apud Francos iure competebant. C. 34—36. tractant de iure comitis, quo pagenses bannit, ut cum armis aut cum caballo ad *wactam* aut *wardam* aut ad quodvis servitium, quo publica securitas defendatur, veniant (non igitur de heribanno, qui regi soli competit, sed de eo banno, quem hodie 'Polizeigewalt' dicimus, capitibus nostris agitur), cfr. P. Roth l. cit. p. 411. 143, not. 133. Ad idem ius c. 37. spectare videtur, cum clamor publicus (*arma clamare*) comiti quoque atque ministris eius competit, ut pagenses in unum colligantur. Capitibus 38. 39. 41. potestas comitis de sclusis, pontibus, viis publicis, c. 40. iurisdictio comitis illustratur. 36) *Arma clamare* i. e. clamor publicus, quo auxilium postulatur, 'wafengeschrei, wapengerüfte', J. Grimm, 'Deutsche Rechtsalterthümer' (ed. 2, 1854), p. 876. 634. 873. Cfr. nota 35. 37) Cfr. not. 35. 38) Cfr. R. Schroeder, 'Geschichte des ehelichen Güterrechts in Deutschland' I (1863), q. 122. 173. K. v. Amira, 'Erbenfolge und Verwandtschaftsgliederung nach den altniederdeutschen Rechten' (1874) p. 42—45. — Burchardi episcopi Wormatiensis leges et statuta familiae S. Petri (circa a. 1024)



## XLIII.

De ingenuis hominibus, quomodo aut qualiter ad placitum per bannum debeant venire. Ingenuus, si per comitem aut per missum suum bannitus fuerit infra comitatum de maxima causa, super noctes 14 ad placitum veniat. Si minor causa extiterit, super noctes 7 ad placitum veniat<sup>39</sup>. 5

## XLIV.

Si quis de<sup>a</sup> lido suo pro aliqua causa<sup>a</sup> in ratione fuerit inventus, super noctes 14 ipsum lidum ad placitum adducat, si senior suus in ipso comitatu est<sup>40</sup>. Si in alio comitatu est, ipse lidus suum<sup>b</sup> seniorem ad placitum adducat<sup>b</sup> super noctes 25. Si in tercio comitatu est, super noctes 42<sup>41</sup>. Si in alio ducato est, super noctes 84 cum<sup>c</sup> suo seniore 10 veniat ad ipsum placitum<sup>c</sup>.

## XLV.

De raptu<sup>d</sup>. Si quis ingenuus cum lidis raptum fecerit, cum uno wadio et una manu<sup>42</sup> emendare studeat.

## XLVI.

Si quis hominem in mordro occiderit, tunc exeat ad iudicium, aut suus senior per<sup>e</sup> sacramentum eum liberet<sup>43</sup>. 15

## XLVII.

Si cuius<sup>f</sup> puellam sponsatam alius priserit, solidos 200 componere faciat, in fredo solidos 60<sup>44</sup>. 20

## XLVIII.

Si fur de 7 latrociniiis comprobatus fuerit, exiet<sup>g</sup> ad iudicium. Si ibi incenderit<sup>h</sup>, tradant<sup>i</sup> eum ad mortem<sup>i</sup>. Et posteaquam ad iudicium ambulaverit, si ibi non incenderit<sup>k</sup>, tunc liceat suo<sup>l</sup> seniori wadio suo illum adhrammire<sup>l</sup> et pro eo emendare ac<sup>m</sup> de morte liberare<sup>m</sup>.<sup>45</sup> 25

EXPLICIT<sup>n</sup>.

a) propter lidum suum per aliquas causas 2. b) ad placitum suum seniorem adducat 2. c) cum seniore suo ducat ad placitum 2. d) *rubrum in* 2. e) ad 2. f) quis 2. g) postea exiet 2. h) *coeva manus in 2 correxit*: inciderit, *cfr. not. k.* i) tunc eum tradat ad mortem 2. k) inciderit 2. l) suum seniorem wadium suum adhrammire 2. m) ac de m. lib. *desunt* 2. n) *deest* 2. 30

c. 10: *Ius erit: si ex familia vir aliquis et uxor eius obierint, et filium cum filia reliquerint, filius haereditatem servilis terrae accipiat, filia autem vestimenta matris et operatam pecuniam accipiat, reliqua, quae remanserint, in omnibus aequaliter inter se partiantur.* — De homine Franco *cfr. supra not. 2.* 39) Secundum legem Ribuariam ingenuo spatium legitimum aut quadraginta aut quatuordecim noctium conceditur; septem noctes libertis, qui minus plena libertate fruuntur, sufficiunt, *cfr. ex. gr. Lex Rib. tit. 58, c. 21; tit. 59, c. 4. Sohm, 'Fränk. Verf.' p. 438, not. 142.* 40) *Cfr. quod lex Ribuaria tit. 30. 31. de servo atque de homine ingenuo, qui in obsequio est, repraesentando praescribit.* 41) De tribus comitatibus terrae Chamavorum *cfr. R. Schroeder, 'Untersuchungen' p. 497—499 (cfr. supra praef. p. 269, not. 1). Quo loco Schroeder ostendit, terram Hamalant (quod titulo nostro*

probatum) ducatum fuisse. 42) *i. e. aut una compositione (pro cuius solutione wadium datur, cfr. supra not. 16) aut uno sacramento.* 43) Seniores sunt optimates, qui latifundia possident et in quorum servitio ingenui quoque homines aut colonico aut vassallitico iure sunt constituti. Senior pro homine suo *faidam* levare, accusare (*cfr. P. Roth, 'Feudalität und Untertanverband', 1863, p. 223. 224*), compositionem solvere (*cfr. c. 48*) et sacramentum iurare potest. Distinctio inter hominem Francum et ingenuum (*not. 2*) cum distinctione inter seniores et homines eorum convenire videtur. 44) Loco fredi hic bannus regius sexaginta solidorum solvitur, *cfr. Sohm l. cit. p. 110. 111.* 45) Senior (*cfr. not. 43*) hominem suum wadio in libertatem vindicat (*wadio suo illum adhrammire, cfr. supra not. 16*), dum wadio suo (*i. e. pignore dato*) de compositione solvenda securitatem praestat.

## CORRIGENDA.

p. 192, l. 29 loco tit. 68 legendum tit. 65. — p. 192, l. 47 loco not. 11 legendum not. 34. — p. 198, l. 29 loco duobus legendum duabus. — p. 204, l. 39 loco *oreretur legendum oriretur.* — p. 203, l. 40 post 1613. inserendum est ]. — Titulus 25. legis Ribuariae secundum textum A, quem edidi, compositionem 6 solidorum, non 5 solidorum habet. Compositio 5 solidorum, quam textus B et codd. A 2—4. 6. 7. 9. 10. habent, postea inducta esse videtur. Mutanda igitur erunt, quae p. 193, l. 12, et p. 220, not. 32. disserui. Solus tit. 24 (qui compositionem Salicam 2½ solidorum habet) postea legi Ribuariae additus esse videtur. 55